



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Mensis.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

ANNORUM 30. Luc. 3. Dum cœpit evangelizare. Per hoc ipse non indigens præparatione tibi eam ad Apostolicum munus vult inculcare. Ecce anni tres sunt: ex quo venio quarens fructum in sicutanea, & non invenio. Succide ergo illam, dimite illam & hoc anno, usque dum sodiam circa illam, in futurum succides illam. Luc. 13. Detis avertat, ne id tibi contingat, postquam Angelus Custos tuus toties pro te Deum interpellavit. Idem ipse es, & anni tui non deficient. Hebr. 1. Unus dies apud Dominum sicut 1000. anni. 2. Petr. 3. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ preteriit. Imo sicut una custodia de nocte, anni nostri sicut aranea meditabuntur [intellige id passim, hoc est, æstimabuntur, vel activè sic intellige, in annis nostris nos occupabimus instar aranearum; quæ se exhaust & eviscerat in texenda tela unâ manu vel digito disrumpendâ] Dies annorum nostrorum in ipsis 70. anni, si autem in Potentatibus [hominibus firmæ complexionis] 80. anni, & amplius eorum labor & dolor. Ps. 89. Nam tempus ultra 80. annos ordinariè plenum morbis, miseriis, &c. Memor fui dierum antiquorum. Ps. 142. & annos aeternos in mente habui.

## Mensis.

**H**ic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis. Luc. 1. Deus dat, quod petis, si constanter petas, & tuæ saluti non officiat. Quis mihi dedit, ut sim juxta menses pristinos? Job. 29. In D 4 pri-

80      *Pars secunda de elevatione*  
primævo fervore. *Lignum vita afferens fructus*  
*duodecim, per menses singulos reddens fructum*  
*suum.* Apoc. 22. Similia in cælo pertinent ad  
gaudia accidentalia. In terris per hoc lignum  
anima de virtute in virtutem quot mensibus  
proficiens adumbratur.

*Hebdomas.*

*P*ost hebdomadas 62. occidetur Christus. Dan.  
9. A tempore scilicet instauratæ plenè Je-  
rosolymæ. Hæ hebdomadæ 62. conficiunt an-  
nos 483.

*Dies, Nox.*

*H*omo vanitati similis factus est, dies ejus sicut  
umbra prætereunt. Ps. 43. Dies diei eructat  
verbum, & nox nocti indicat scientiam. Ps. 18.  
Nempè dies quilibet ad alium fundit quasi ser-  
monem, & nox ad alias noctes transmittit sci-  
entiam de Deo omnium conditore: cujus po-  
testatem & sapientiam declarat perpetua illa vi-  
cissitudo. *Gloria magna est sequi Dominum: len-*  
*gitudo enim dierum assumetur ab eo.* Eccl. 24.  
*Cum quietum silentium continerent omnia, & nox*  
*in suo cursu medium iter haberet; omnipotens*  
*sermo tuus de regalibus sedibus venit.* Sap. 18.  
Sermo ibi est de exterminio Ægypti, sed optimè id Ecclesia applicat Christo nato 25. Decem-  
bris in media nocte. *Sicut in die honeste ambu-*  
*lemus (hoc est, palam coram Deo & homini-  
bus) non in ebrietatibus, impudicitiis.* ad Rom.  
13. Memoriâ digni sunt septem dies, quibus  
&